



1112
I.

Epitaphium

D. O. M. S.

Entibi, Viator, mortalitatis exemplum!

Corporis exuvias,

Quas indui, Anno M. D. XCIII, 8. Augusti,

Patre, CUNRADO GERHOLDO, Seniore,
Matre, ANNA THILHORNIANA:

*Et exui, Anno M. DC. XXVI. 10. Julii, morbo evocata epi-
demio, qui magno omnis aetatis sexus & ordinis piorum nu-
mero me sociam adjunxit:*

Heic lætam expectantes resurrectionem
deposui

CATHARINA:

Exequias cuncte & hunc mihi tumulum
erigente,

Suavisimo marito,

M. ELIA SCHMIDIO, Cons. Servest.

*Cui viduo olim me viduam felici
Junxit matrimonio, in cujus manu
Sunt nostra sortes, DEUS, Opt: Max:*

K

Te

TE præter satiare olim, dum in corpore vixi,
Nil potuit votum, maxime Christe, meum.
Nunc voto propior magis exsatiata quiesco,
Postquam ægras posui corporis exuvias.
Corporis exuvias postquam mihi, Christe Redem-
Reddideris, voti plenior usus erit. (tor,
Interea, thalami pars dilectissima, partis,
Dum pia Fata volent, vive valeque memor.

Marcus Frid. Wendelinus.

II.

Matronale Decus qui vis prælustre tueri
Virtutis atque Gloriæ,
Huc ades: hic CATHARINA jacet GERHOLDIA,
Heu fida quondam SCHMIDII, (Conjux
Consulis heu quondam Conjux suavissima, cunctis
Dilecta, dum fuerat, bonis.
In quam, quicquid habet Virtutum dives abunde
Natura Matronalium,
In quam, quicquid habet præclarum, effuderat unam
Unus boni dator Deus.
Quare, ne sanctam forsan contagia Mentem,
Ne prava possent seculi
Præsentis, Mores ne possent fortè ne fandi
Violare Mentem seculi,
Quam dederat, repetit maturâ morte, supremus
Ille arbiter Mundi Deus.
O Te præ cunctis verè CATHARINA beatam
Nobis, beatam ô Te nimis,

Mor-

Mortalis placidè positis quæ Corporis, istos
Inter tumultus bellicos
Exiivis, vitæ dudum pertæsa fugacis,
Nobiliore Tui parte locata polo,
Inter cælestes sinè vi sine fraude catervas
Angelico vivis mixta patrumque chorò

M. Petrus von Zena / Reipubl. Pa-
trix Consul & Illustr. Gymnas.
Adjunctus.

III.

Ἡ πολιορκητὰ φε πρόσθεν δάμαρ ἔσκε περιβύλα
Ἡλὶς κεῖται ἐνθάδε τύμβω ἐνι.
Ὀνομα χερσὶ δ' αἰεὶ ἡ εὐσεβείως ἰκέτευσε,
Καὶ βίό τευσ' ἀγίως κόσμῳ ἐν ἔλομένῳ.
Εὐσεβίη, ἀγάπη, αἰδῶς νιῷ πένθος ἔχουσι,
Εὐθύμως ζῶει ἡδ' ἐν ἐπερυνίοις.

M. Isaacus Gregorii, Reipubl. Ser-
vest. Consul.

ALIUD

Eodem Autore

Spes pupillorum atq; inopis fiducia turba
Quæ fuit, hæc tumuli mole sepulta jacet.
Fœmina par illis, quas aurea protulit atas:
Seu moris spectes, sive pudicitiam.
Sive fidem, sive ingenium, mentisq; decora
Temperiem, formæ seu decus egregium.
Nunc pudor et pietas lugent illius ad urnam,
Illa sed ætheriis gaudet inesse choris.

K 2

Hic

Hic CATHARINA jacet SCHMIDII pia consulis uxor;
 GERHOLDI major filia nata satu.
 Quæ spreto Mundo quæsiuit gaudia Cœli;
 Sacra colens fidâ mente statuta DEI,
 Anchora cui robur, scutum, protectio CHRISTUS;
 Omnis & auxilii Spes fuit, atque Salus,
 Fida tori consors, fido ipsa levamine præstò
 Semper erat, fecit nil nisi grata Viro.
 Et lanam & linum tractans Virtutis & ausi
 Fœminei quodvis prompta peregit opus.
 Ipsa preces sacras fudit de pectore, scrutans
 Biblia, cantavit carmina grata DEO.
 Crebrius audivit cœlestia jussa docentes,
 Tractantesque DEI dogmata vera Patris.
 Dicta animo servans, & reddens fœnore fructus,
 Est dapibus Coenæ sæpius usa sacræ,
 Sedula succurrens arctis in rebus egeno,
 Pauperibus victum, largaque pocla dedit.
 Hospitio excepit peregrinos, mollibus ægros
 Erexit verbis, anxia corda levans.
 Instar Tapeæ, quæ mortua reddita vivis,
 Confecit nudistegmina multa manu,
 Si Pudor & Pietas, morum si rara venustas
 Terrificæ possent pellere tela necis;
 Hoc CATHARINA minus tumulo coniecta jaceret,
 Conjuge deserto, prole, sorore, patre.
 Ast licet ante diem videatur morte perempta;
 In terris damni nil tamen inde capit.

*Act. 9.
 vers. 36.*

Cum

Cum CHRISTO exultans Superum versatur in Aula;
Ac fruitur vultu, colloquioque DEI.
Dum nos, qui toto sævit, Mars horridus, Orbe,
Et dolor, & luctus & mala Fata premunt,
FELICES ANIMÆ! quas tot, tantisque periclis
Præreptas DOMINUS ducit ad astra Poli.

Johannes Cramerus J. U. D.

Dn. Affini & Compatri serio
condolens F.

V.

Tumulus.

AD tumulum que nam luges? Charis. At
quid inanes
Tot lacrimæ? Moritur, væ mihi! quarta
soror.

Qua ratione cadit? Febre, heu! correpta malignâ
Ante dies properâ morte perempta cadit.
Sis felix mulier, nulli cessura priorum
Fronte, pudicitia, dote animi, atq; Fide!

Inter occupationes erectus

à

M. Johanne Cremero Silesio Ar-
chidiacono ad D. Nicolai.

K 3

Quas

V I,

Quas nova nunc lacrimas domus ò SCHMI-
DIANA profundis?

Quæ nova te gemitus edere causa ju-
bet?

Consulis an, fallor, nostri dulcissima Conjux,
CATHRINA è vitâ cesit, & occubuit?

Heu mihi; nou fallor, non tantum erepta marito est.
Pauperibusq; simul sed cadit ante diem.

Cujus ab exemplo veræ Pietatis imago,
Et fidei sanctæ viva petenda fuit.

O niveos mores; ò pectora nescia fraudis,
Religiosa Deo, prompta juvare bonos.

Non fuit in dulci ventosuspectore flatus
Nullus veraci fucus in ore fuit.

Illi sola fuit cordi pax, cura mariti
Sedula, & in natas irrequietus amor.

Vera loquor, non vana meis encomia Musis
Infero, non fingo somnia, vera loquor.

Pergat adulari cui sunt mendacia curæ
Gnatho, meis numeris non nisi vera cano.

Omnis erit certè testis qui viderat istam,
Atq; meum dicet carmen habere fidem.

Ergo nec immeritò cordis suspiria ducens
Dimidium quereris cordis abesse tui.

Ad

Adspicis ut pietas, sanctæq; modestia vitæ,
Cultriciis doleant fata suprema suæ,
Ipsa domus lucem, patronam ancilla requirit,
Consiliumq; cupit quærere genus opem.
Fletibus ora rigant miserandâ sorte jacentes,
Et quibus est veniam sæpe precata, rei.
Collegæ amissam, Cives, juvenesq; senesq;
Quos comites cernis funeris ire, dolent.
At tu, quem tristis, Consul perchare, procella
Hæc ferit, & cujus vulnere pectus hiat.
Siste precor lacrimas, vincant solatia luctum,
Quæ servent natæ te, generoq; gravi.
Hæc est Justitiæ nunquam mutabilis ordo,
Ut qui natus humo sit, moriatur homo,
Multa pios tolerare decet: Spes dedita Christo
Liberat ex omni, cum venit hora, malo.
Firmet in hoc luctu constans patientia mentem,
Et fieri statuatur cuncta volente Deo.
Tempus erit, quo vos iterum conjunget amantes
Ante Dei faciem non dirimendus amor.
Interea cum nostra caro sit languida, morbos
Corporis ac animi tu, bone Christe, leva.
Collige tu lachrymas nostras, solare dolentes,
Pectora ne motu deficiente cadant,

Et

Et tandem cum fata jubent excedere terris
Sulcipe nos Capiti membra dicata tibi.

Friderici Hamelii, Senat.

primar.

VII.

Quisquis fœmineæ rarum virtutis & actæ
Puriter exemplar vitæ habuisse cupis:
Huc ades, ac vitam *Catharinæ* animumq; tuere,
Gerboldo, haud imo cive, parente fatæ.
Sive pudicitiaë decoratam flore puellam
Moratam vé velis: Sic *Catharina* fuit,
Seu, quæ ritè Deum cognoscat, & unicè in ipso
Uxor spem ponat: Sic *Catharina* fuit.
Seu, quæ credendo, Dominum quoque diligat
unum,
E q; animo timeat: Sic *Catharina* fuit,
Seu, quam cōmendet nitidiq; Modestia vultûs
Et fastûs odium: Sic *Catharina* fuit.
Seu, quæ præsentî vincat virtute dolorem,
Adversî tolerans: Sic *Catharina* fuit.
Seu, quæ legitimo veneretur Numina cultu,
Et confessa fidem, cœlitus omne petat,

Ac

Ac voti compos quovis pro munere dignas
Grata canat grates: Sic *Catharina* fuit.
Seu, quæ Evangelii discat pia dogmata, ametq;
Uta Sacramentis pignoribusq; datis;
Inde sequens Legem, reverenter habendo Mi-
Ac pressis dando: Sic *Catharina* fuit. (nistros,
Seu, cui sit pietas cordi, obsequiumque parentū
Atq; Viri, ac flagrans viscere prolis amor,
Quæ castè obserret socialia foedera: utrovis
In matrimonio sic *Catharina* fuit.
Seu, quæ cauta domum curet, rerumq; suarum
Perpetuò satagat: sic *Catharina* fuit.
Seu, quæ rixarum fugiens, affabilis omni,
Virtutumq; Decus: sic *Catharina* fuit.
Nil opus huic hederâ; Nostræ hæc nil indiga
laudis;
Laus scribente latet; meque silente patet.

In honoris monumentum

DN. COMMATRI, &

In συμπαθείας documentum

DN. COMPATRI accinebat

M. Ernestus V Volstorpius,

Schola Patriæ R.

L

ME.

IIX.
MEMORIÆ
CATHARINA GERHOLTIANA,

Per anagrammatismum, omisso uno h.

In Hanc grata Iro lata.

O Rphanus hanc luget, pauper susperat ademtam,
Et pupillorum pars bene magna gemit,
Sedibus ejecti Patriis laribusq; Coloni,
Ereptam hanc terris pectore & ore dolent,
Ejus enim cuncti pariter sen. ère benignas,
Auxiliatrices, munnificasq; manus.
Quantum hinc cordolium natum! quantasq; querelas
O dolor! ô lacruma! turba misella ciet.
Namq; ea IN HANC semper GRATA, & rerum omnium egeno
Acceptas IRO LÆTA profudit opes.
Hospita pupillis, & Christi fida ministris,
Erga omnes inopes officiosa satis,
Mercedem idcirco eternam, eternumq; brabéum
(Sic illi miserâ plebe precante) tulit.
Cælum inquam, namq; est superiorum sede recepta,
Salva ubi perpetuos degit agitq; dies.
Jam salve eternum, hoc opto, eternumq; valet
Schmidia, jam facta es portio grata poli.

M. Martino Cramero,

Mus

IX.

Wiß dann der bleiche Todt aus dieser Welt wegraffen
 Die Menschen ins gemein? Kan dann vor dessen Waffen
 Niemand gesichert seyn? Ist vbrig keine frist/
 Wann nun des lebens Vhr gar abgelauffen ist?
 Dis ist der alte Bund/ die Menschen müssen sterben: (a)
 Die Güter / so wir all von Adam her ererben: (b)
 Der End/ damit den Todt wir leisten seine pflicht
 Wann/mit der Seel belehnt/der Körper kömpt ans Licht(c)
 Nach abgelegtem End/ bald dieser jenes leidet/
 Bald jenen dieses drückt: (d) wir werden auch geneidet
 Von vnserm eignem Fleisch: (e) die Wiederwertigkeit/
 Gleich als der Lehendienst/ vns plaget jederzeit. (f)
 Bis endlich/ wie ein Blum/ wir werden abgemehet/ (g)
 Vnd/in das Grab versenckt/ mit kühlen Sand besirewet (h)
 Dis alle Menschen trifft (i) dis ist der Sünden lohn (e)
 Dis wirckt der Schlangen Gifft (l) dis bringt der Mensch
 Doch ist ein Vnterscheidt: der so in diesem leben (davon/ (m)
 Allein der Gottesfurcht vnd Frömmigkeit ergeben/
 Vnd recht mit Paulo kämpffte/ (n) fehrt auß der eitelkeit
 Mit grosser Freude hin zur grauen Ewigkeit. (o)
 Nun wohl! Ob Frau Cathrin Berholdin gleich entwichen
 Von hier vnd vns der Tod auffn Fuß kömpt nach geschlichen/(p)
 Wer fraget was nach ihn? (q) Aus diesen Vnglücks Thal (r)
 Gehn durch denselben wir zum ewign Freuden Saal. (s)

Zu Trost schreib dieses

Heinrich Rüpelman / Stadt-
schreiber.

E N D E.

(a) Syr. 14

v. 18.

Heb. 9. v. 27

(b) Rom. 5.

v. 12.

(c) Syr. 40

v. 1. 2. 3. etc.

(d) Job. 5/7

(e) Gal. 5/17

1 Pet. 2. v. 12

(f) Psal. 34.

v. 20.

2. Cor. 4/18

(g) Job. 14

v. 2.

Ps. 103. v. 15

(h) Gen. 3.

v. 19.

(i) Syr. 14.

v. 18.

Rom. 5.

(l) Rom. 6.

v. 23.

(m) 1 Cor. 13

(n) Syr.

40. v. 2.

(o) 2. Tim.

4. v. 7.

(p) Luc. 16.

v. 22.

(q) Job. 34.

v. 20.

Luc. 12. v. 20

(r) Luc. 2/29

1. Reg. 19/4

(s) Job. 14/1

(t) Job. 11.

v. 25.

Apoc. 14/13

Job. 17/24

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017







B.I.G.

Farbkarte #13



145



I.
 hium,
 M. S.
 alitatis exemplum!
 s exuvias,
 D. XCIII, 8. Augusti,
 GERHOLDO, Seniore,
 HILHORNIANA:
 I. 10. Julii, morbo evocata epi-
 tis sexus & ordinis piorum nu-
 am adjunxit:
 antes resurrectionem
 posui
 ARINA:
 hunc mihi tumulum
 gente,
 no marito,
 IDIO, Conf. Servest.
 e viduam felici
 io, in cujus manu
 , DEUS, Opt: Max:

K

Te

